

1  
1  
2.  
3.  
4  
5  
6  
7  
1  
2  
3



1655

1. Froelich, Gabriel : De certificatione
2. Frommann, Johannes Marcus : Hypotyposis juris furiosorum  
singularis
3. Gumbrius, Johannes Sebastianus : De obligationibus in genere
4. Gullius, Wilhelmus Mauricus : De praeventione jurisdictionis  
Tionis
5. Lehmann, Gustavus Bogislavus : De bovario : excute :  
salvam.
6. Schuster, Georgius : De arjedo ad l. 10 et de solutione  
et liberatione.
7. Schyngus, Francus Albertus : De jecore.

1656

1. Kronegk, Carolus Sigismundus, a : Anus, maris  
dominus.
2. Capp, Johannes Richardus : De fundo ecclesiastico  
vulgo Kumbstabs - Lehen
3. Commerell, Johannes David : De terminis fideicommissorum  
familiae exhibens analysis Nov. 159.

1656

4. Gamsius, Iohannes Sebastianus: ~~De~~ De poeni-  
sentia iuris, quatenus in contractibus nominatos  
et inominatos incidit.
5. Gamsius, Ioh. Sebastianus: De alluvionibus
6. Gamsius, Iohannes Sebastianus: De contractibus in genere.
7. Gamsius, Iohannes Sebastianus: De attentatis
8. Guetken, Mauritius Wilhelmus: De fundo l'igio
9. Rehhan, Iohannes: De adquirenda vel amittenda possessio-  
sione
10. Rehhanus, Iohannes: De expensis litium
11. Rehhan, Iohannes: De mulcta.
12. Schwartzkopf, Corpus: De vindicta privata
13. Tabor, Ioh. Otto: De iure cerevisario occasione  
recitationum ad l. 3 C. de commune. et mercatoribus  
suscepta.

1657. Faber, Ioh. Christianus: De silentiis

1.

1657.

2. Guenther, Johannes Sebastianus: De contracta mentis
3. Golius, Joh. Adamus: De termino inoto
4. Graff, Christoph: De tetentione
5. Luce, Georgius Gellius: De ratiabilitate
6. Ribba, Johannes: De instantia Imp. processum  
prima
7. Sattlerus, Johannes Ludovicus: De confessio
8. Vambueler, Johannes Ernestus: De concursa delictorum  
in genere

1658

1. Herintuffius, Georgius Samuel: Decis quaestionum  
ex variis juris capitulis
2. Schallerus, Jacobus: Paradoxon de tortura in Christ-  
hana republica non exercenda. Rec. 1792.
3. Schuey, Benjamin: De juribus praediorum.

1658.

4. Taddeluis, Linnæ: 8. peregrinationes vobis

12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000





DISSERTATIO INAUGURALIS

27

CERTIFICATIONE

IN UNIVERSITATE CRACOVIA

1874

DE REBUS IN AGRICULTURA

SCRIPTIS

AVGVSTO WILHELMO WAGNERO

AVGVSTO WILHELMO WAGNERO

AVGVSTO WILHELMO WAGNERO

GABRIELI FRANKELI, LITH.

1874


CRACOVIA

Typis Joh. Neumann, Neudamm

1874

1874





DISPUTATIO INAUGURALIS

De

CERTIORATIONE.

Quam

DIVINA FAVENTE GRATIA

ex

DECRETO NOBILISSIMÆ AC  
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURI-  
dicæ in celeberrima Argentinensi  
Universitate

*Pro summis in utroq; Jure Doctoratus  
privilegiis & honoribus obtinendis*

Publico ac solenni examini exponit

GABRIEL FRÖLICH, Lan-  
daviensis.

*Ad diem 19. Aprilis, horis locoq; solitis.*



ARGENTORATI

Typis JOSIÆ STÆDELII, ACADE-  
MIÆ TYPOGRAPHI.

M DC LV.

219

1655 A.

*Jusp. vi*



912  
VIRIS GRAVISSIMIS, PRU-  
dentissimis & spectatissimis

157  
DNN. PRAETORI, CON-  
SULIBUS, MARSCHALLIS, & SE-  
NATORIBUS, Liberæ Civitatis Imperialis  
LANDAVIÆ.

UT ET,

VIRIS NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS  
& Consultissimis

DNN.

DAVIDI BERGERO, Jcto, & Cam.  
Imper. Advocato.

JACOBO FRIDERICO KÜHOR-  
NIO, U. J. D. & Cam. Imper. Ad-  
vocato & Procuratori.

JOHANNI THALERO, Reip. Lan-  
daviensis Syndico, & Archigram-  
mateo.

Dominis Patronis, ac Fautoribus suis debito  
obsequio ac cultu honorandis

Disputationem hanc Inauguralem  
submisse & reverenter  
dedicat & offert

Author.



## I. N. D. I. N. C.

## T H E S I S I.



T à nomine incipiam, exemplo Jcti in l. 1. de reb. cred. derivatur Certioratio à supino verbi Certioro, quo frequenter utitur Ulpianus. l. 1. §. fin. de eo qui pro tut. l. 2. §. 8. de minor. l. 29. pr. & §. 3. Mandati. l. 5. §. 1. de condit. caus. l. 4. §. 20. de fideicom. lib. l. 1. §. 33. depos. l. 36. §. 1. de pign. act. l. 4. de interrog. act. Marcianus in l. 5. pr. Quis ordo in success. Modestinus in l. 29. pr. de Act. E. V. qui omnes sunt pure locuti, ita ut vocabulum sit latinum, probum, usuque receptum. add. Goclen. in obs. Latin. serm. p. 390. Peck. ad reg. jur. Can. can. 30. n. 3. Henr. Breul. tr. de renunc. foemin. c. 3. cap. 10. num. 2. Congruit analogia Grammatica, sicut veteres à melius deduxerunt melioro, à deterius deterioro; sic Jcti à certius certioro, pro quo Cic. certiosem facio, reddo. ad differentiam verbi certo, quod significat certum me dico, contendo verbis, plerunque armis. Nebriff. in lexic. v. Certo. Certifico in ff. reperiri tradunt lexicographi, & probat Tiraq. tr. de retract. lignag. §. 36. gl. 2. n. 1. analogiâ verbi notifico.

2. Definiri potest: Denunciatio facta ei cuius interest, ut perfectè & sine dubio rem sciat. Denunciatio generis loco, & sæpè pro Certioratione ponitur. l. 29. §. 2. & 3. Mand. l. 1. ff. de Litig. l. ult. C. eod. l. ult. C. de iure dom. impetr. ubi §. 2. denunciare, certiorare, votum facere. l. 1. §. 2. quod iussu. junct. l. 11. §. 5. de Instit. act. l. 20. §. 11. de pet. her. de aliis significationibus verbi Denuncio vid. Vmm. de process. D. 11. §. n. 14. Canis. ad c. 3. extr. de cl. despons. Sic Bapt. Costa in tr. de retractat. c. 9. cas. 2. n. 2. & seq. denunciationem in certificationem, incitativam &c. dividit.

3. Causa Efficiens remota est ratio naturalis & jus Gentium. Impulsiva, Justitia & Æquitas, nempe ne quis injuria afficiatur. Cic. de offic. l. 3. quia enim ignorans nihil facere videtur ad sui præjudicium, l. 19. ff. de inoffic. test. iniquum esset eum absque

A 2

culpa

culpa sua detrimentum aliquod pati. *l. fin. cum gl. ff. de decret. ab ord. fac. c. 2. princ. extr. de constit. Thesaur. loc. com. iurisp. v. ignorantia. axiom. 10.* Quare jus Civile per ignorantiam læso succurrit, & alterius calliditati resistit. *fac. l. 1. pr. l. 2. ff. quod vi aut clam.*

4. Subjectum duplex est Quis & Cui. I. *Quis certiorer,* nempe ille qui scit, nam qui ipse ignorat, quomodo alteri notificare poterit? *l. 39. de act. empr. & cuius interest. l. 2. ff. quod fals. tut. l. 10. §. 3. quæ in fraud. cred. ubi Gothofr.* nam si quis jus denunciandi non habeat, denunciatio ei cui fit, non nocet. *Costal. ad l. item veniant. §. petitam. ff. de hered. pet.* Parvi refert, an per se vel per alium, puta ministrum, procuratorem, tutorem &c. *l. 17. §. 4. & 5. L. Iul. de adulter. l. 1. §. i. si quis omiss. caus. test. l. 1. §. 3. de O. N. N. l. 23. ad §. ult. C. de agric. & censit. 11. 47. Tiraq. d. gl. 2. num. 4. & seqq.* Hic quæritur an in Procuratore requiratur speciale mandatum? & dist. ratione effectus, an certioratio fiat ut alter sciat, vel sit de substantia actus. *Costal. ad l. 65. pro soc.* Deinde magis expedit implorare officium Judicis, ut citet, & e. gr. in Evictione, literas denunciatoriales in forma consueta ad venditorem decernat, quibus literis non est necesse adjungere copiam libelli. *Rosentb. de feud. l. 1. c. 8. concl. 30. I. Ant. Mangil. de Evict. q. 123. n. 31.* II. *Subjectum Cui* nempe illi qui ignorat & cuius interest scire. *cap. 30. extr. de R. l. in 6. l. 1. fin. ff. de act. E. V.* Ignorans hic consideratur ratione ætatis & juris: ratione ætatis, debet esse majorennis, aliàs præsumitur non intelligere, conjungunt enim Dd. quod sit certus & major. ap. *Statil. Pacif. tr. de interd. Salv. 3. m. 2. n. 716. 717.* secus videtur in novi operis nuntiatione. *l. 10. ff. de O. N. N. & in Evictione l. 56. §. 7. de Evict.* quia emptor versatur in damnis amittendæ rei suæ. *Mangil. de Evict. q. 4. n. 15* quanquam Minor habeat beneficium restitutionis, de quo *Breul. d. loc. num. 5.* etiam quoad lucrum. *l. quamvis. C. de jur. & fact. ignor. ubi Ant. de Padilla. n. 1.* ratione juris, vel quis per se est ignorans, vel pro ignorante habetur. *arg. l. 22. §. 2. Cod. de furt. l. ult. C. de cond. indeb. l. 15. ff. de iurisd. Thesaur. loc. com. IV. 52. ax. 2. & 53. axio. ultim.* nam ut tollatur illa necessitas denunciandi ob scientiam, requiritur eam plenâ esse & certam *l. 76. de R. I. Peck. n. 2* nec dubius animus opinionem certam concipit. *Coth. l. Iurisp. l. n. 94. & 263.* De ignorantia, dubio & errore vid. alias *Ampliff. D. D. Rebban. hodeg. iur. ch. 2. cl. 3. p. 453 Obrecht. de juram. calumn. cap. 10.*

6.10 n 25 A. Barb. verb. Error. ax. 5 Deinde debet ejus interesse, vel ad  
lucrum capessendum aut damnū avertendum; si enim non atten-  
ditur, sciverit an ignoraverit, frustra certioratur: sicuti notabilia  
empla collegit *Costa tr. de facti scient. & ign. rubr. sciverit an ignorave-  
rit.* rursus an per se vel per alium resciscat, idem erit. *l. 10. II.*  
*12. de O. N. N. quanquam tutius quis fecerit, si ipsum dominum certiora-  
verit. l. 1. §. 1. d. agn. & al. lib. ubi Costal. Vmm. de process. D. 5 n. 62. Man-  
gil. q. 5. n. 73. 74. & si plures fuerint, omnes sunt denunciandi. l. 85.*  
*§. 5. de V. O. l. 62 §. 1. de Evict.*

5. Occupatur Certioratio, sicut ipsa Ignorantia, circa  
Jus & Factum. *Magnif. D. D. Tabor. in Racem. 1. 9. 3.* Jus cum per se sit  
certum, *l. 5. §. 1. de condict. caus. dat. Idem in praesid. debit. p. 2. art. 1 th. 1.*  
*Vmm. de proc. 1. 3. 15. Wes. de testib. n. 4 pr.* non potest hic intelligi, ni-  
si respectu personarum, quæ ignorantia Juris excusantur, uti Mu-  
lier, quæ non potest efficaciter intervenire, nisi edocta prius de  
privilegio ex Sct. Vellej. sibi competente; aut renunciare succes-  
sioni paternæ. *C. l. A. XVI. l. th. 5. n. 15. 16. Breul. de renunci. fœm. c. 3.*  
*c. 10. n. 3. & 4. add. A. Thesaur. decis. Sabaud. 222. Franc. Niger. contr. for.*  
*128. Carpzov. p. 2. Const. Elect. 16. def. 19. Odd. q. 10. art. 6. & agrestis jura*  
*non bene sciens. Cuj. w. C. de iur. & Fign. Sf. Odd. tr. de restit. p. 1. q.*  
*9. nisi potuerint consulere peritiores. l. 2. §. fin. quis ordo in poss. Odd.*  
*q. 10. art. 8. & in hypothese, quatenus quis nescit tale jus ex facto si-*  
*bi competere. l. fin. C. de furt. l. 23. de A. H. unde nec censetur renun-*  
*ciare, Costa in sp. 86 Facta cum dicantur incerta, proprie huc perti-*  
*nent, scilicet quando quod in casu vel natura contingenter posi-*  
*tum est, accidisse ignoratur. Wes. π. ff. de ign. iur. & fact. h. n. 3. Sed in*  
*eo quod quisq; gessit, turpis est ignorātia, l. 7. ad Sct. Vell. Unde Odd.*  
*q. 8. n. 47. scribit, si quis dubitat de facto ad se spectante, & quod sci-*  
*re sui interest, tunc nō nisi sibi met imputare potest, quare se cer-*  
*tiozem non reddidit, vel saltem ut se certioraret diligentia (si de*  
*facili scire potuit) non adhibuit. limitationes vide ap. Wes. d. l.*  
*num. 3. gloss. & Anton. de Padill. ad l. 7. Cod. de l. & Fign. Verum quo-*  
*modo hæc præsumptio alterum ad certiorandum astringat, non*  
*video, cum probabiliter ipsum scire credi possit. Contra facti*  
*alieni licet interdum scientia præsumatur, ex vicinitate, cohabi-*  
*tatione, fama vulgi, lapsu temporis, Costa in sp. 64. n. 10. seqq. plura*  
*Odd. d. q. 8. n. 61. ad 71. tamen alterum non relevat, sed tenetur pro-*

bare scientiam alterius, qui etiam probabiliter ignorare potuit: *Peck. n. 2. in f* Unde n. probabis omnes scivisse? quod fuerit notorium? quod per conjecturas scire potuerim? quæ mihi fuerit causa inquirendi? modo ne supina sit ignorantia, ut si nesciat quod omnes sciunt. *l. 213 § 2. l. 226. de V. S. & affectata, si dolo fecit, quominus certioretur, l. 1. §. 8. l. 5. §. 2 quod vi aut clam l. 55. §. 1. l. 56. §. 5. de Eviçt.* qualis ignorantia, utpote dissoluta, excusationem non meretur. *l. 55 de Edil. Edict. Costa insp. 18. Odd. q. 8. art. 10.* Quomodo alias stipulatio ut certa vel incerta consideretur, *vid. ap. Gædd. de contrah. stip. c. 6. concl. 19. & 21.*

6. Forma certiorandi consistit in ipsa denunciazione, nec curatur de modo dummodo certitudo habeatur, *Bertachin. in rept. verb. denunciatio.* & alter intelligere possit. *arg l. 19. pr. de furt.* nisi lex aliud requirat. *Bart. in l. non solum. §. morte. n. 15. de O. N. N. si ve, non requiruntur certa verba, geschworne wort. D. D. Rebhan. in hodeg. ch. 2. cl. 3. p. 523.* aut litteræ, ut volunt Dd. in Eviçtione. *Mang. q. 13. n. 8.* sed sufficit uti communibus, & vulgaribus, certum tamen solum exprimentibus. *l. 3. pr. ff. del. Fisc.* nõ incertis & generalibus. *l. 13. §. 8. de Excus. tut. claris & evidentibus. l. 11. §. 3. de Instit. act. non obscuris. l. 1. §. 1. quod vi aut clam.* simplicibus, non alternativis (quæ tamen in stipulatione pro certis habentur. *vid. Nobiliss. Dn. D. Gambs. Præceptor & Promotor summè honorandus, Diss. 1. de Obl. §. 33.*) aut cõditionalibus. *l. 7. §. 4. de Injur. l. 40. de l. Fisc.* unde appareat quid quale quantumq; sit. *l. 6. de reb cred. cum qualitate & circumstantiis. v. Costa. insp. 63. n. 8. & 13.* an etiam cum causa? *v. Pinell. ad aut. tricennium. C. de bon. quæ lib. n. 16.* Sic in Eviçtione nõ simpliciter denunciatur litem esse motam à tali persona super bonis sibi venditis, sed cum causa ut venditor liti motæ assistat & causam defendat, quare transmittatur copia libelli, & exprimentur pacta sive conventiones venditionis. *l. 1. Cod. de peric. & comm. rei vend. l. 20. C. de Eviçt. ut de comm. Dd. opinione refatur Mangil. q. 3. n. 4. & 5.* quod si quis de jure denunciantis dubitet, petere potest, ut sibi probetur. *l. 13. ff. Depos. l. 30. ff. Mandat. cap. 31. de offic. deleg.* non enim quis cogitur credere. *l. 2 quod fals. tut. l. pen. pro Empt. in primis quod non est verisimile. l. ult. pr. Quod met. causa.* Cum qui facile credit, facile decipiatur. *l. 1. §. 2. de eo per quem fact. l. 11. C. de O. & A.* Debet quoque fieri recto tempore. si enim postea fiat, nullum



lum habet effectum, nec in mora constituit. Bertach. verb denunciatio. quia denunciatio non retrotrahitur. *Costa. de retror. c. 9. c. 2. n. 12* quod si à lege vel homine certum est definitum, illud observandum. *l. 38. de Minor. l. 48. de V. O. ubi Goth. l. 68. de iud. l. 4. §. 12. de fideic. lib. l. 23. de rec. arb.* si non est definitum, intra id tempus fiat, quo jus salvum sit, & tempus sufficiens ad negotium peragendum. *l. 29. §. fin. de Eriçt. ubi gloss.* quolibet tempore modo ante conclusionem, in prima aut secunda instantia. *Mangil. q. 88. n. 35. Covarr. variar. resolut. 2. 17. 8. Rot. Bonon. decis. 102. nu. 45. Costa. tr. de retract. 9. 2. n. 9.* censet intra tempus ad probandum, sed postea *n. 11.* sequitur gl & Bald. ut & Ant. Corset. in singul. verb. denunciatio. an cum tempore? *v. l. 5. §. 1. ff. quod vi, aut clam.* ratione loci potest fieri extra iudicium, sicut in iudicio. *Bertach. verb. denunci. arg. l. 32. princ. de usur. l. 44. pr. de damn. inf.* quia est actus extra judicialis, in quo Prætoris autoritas non requiritur. *Mangil. q. 135. n. 7.* In primis si ejus copia non detur, Amicis, Procuratori aut ad domum denunciandum est. *l. 5. §. 2. Quod vi aut clam. C. A. XXII. 7 8. Gail. l. 0 55. n. 4. Mascard. de probat. concl. 614. n. 19.* quod si plane absens vel vagabundus sit, publico Edicto vel libello proposito intimetur. *arg. l. 43. §. 8. ff. de furt. Clem. 1. de iudic. Vmm. d. 5. th. 11. n. 26.* de repetita denunciatione v. infra. Forma probandi certiorationem, quæ utpote solennitas extrinseca, non præsumitur. *Bertach. in reper. verb. Certus. Gail. 2. O. 41. n. 4. & O. 46. n. 15.* est vel vera, per instrumenta, ut si quis rescripserit. *l. 15. de Acquirend. hered.* vel notarius insinuationis conscripserit Instrumentum aut Nuncius relationem: & testes, quando alicui actui adhibiti sunt, ut de eo quodcumq; opus sit, possint testimonium dicere. *Wes. de Test. quod olim solenne erat. l. 40. pr. de V. S. l. 39. §. 2. eod. ubi Gædd. & Alciat. l. 122. §. 3. de V. O. l. 8. §. 8. Mandat. l. 5. §. ult. de admin. tut. Roger. de protest. t. 1. §. 1.* quæ privata denunciatio coram Notario & Testibus vim publicam habet. *Tiraquel. d. gl. 2. num. 5. & 57.* Præsumpta, ut puta, ex pacto expresso facto in ipso venditionis contractu cum onere solvendi laudemii, probatur emptor certioratus de re emphyteutica *Mangil. q. 123. n. 13.* si ad domum fuerit denunciatum. *l. 5. C. de peric. tut. ubi Salyc.* aut publice proclamatum. *arg. l. 3. pr. ad Scit. Maced. ubi Gothofr. c. ult. extr. qui accus. matr. poss.*

7. Finis certiorationis est vel ut sciat certusque sit. *l. 1. §.*

4. de

4. de bon. possess. secund. tab. vel ultra, ut consentiat. Myns. 6. O. 46. Thesaur. loc. Com. XVII. 12. axiom. 3. aut quid faciat. e. g. in Eviçt. l. 1. C. de per. & comm. rei vend. sic denunciatio interdum habet vim admonitionis. in l. 48. de V. O. ubi Goth. prohibitionis & interdictionis. in N. 117. c. 5. ne solvat. in l. 29. pr. ff. Mandat.

8. Effectus præcipuè spectandus est, qui usum hujus materiæ demonstrat. uti Costa tr. de F. scientia & ignorantia proponit casus, quos 200. distinct. resolvit: sciebat, aut ignorabat. Qui effectus 1. sunt ex parte denunciantis, quod sit immunis à periculo aut vitio clandestinitatis. l. 4. pr. ff. Pro suo l. 5. ff. quod vi aut clam. item l. 122. §. 3. de V. O. sic qui non denunciavit, non potest moram purgare. l. 1. §. 10. de agn. & al. lib. Bertach. verb. denunc. Item Eviçt. denunciatio fit pro conservacione Juris Emptoris, principaliter. l. si plus. §. mota. de Eviçt. cui si aliquid imputari possit, quare causam omiserit, ei non datur actio pro Eviçtione. Mangil. q. 53. n. 2. & seqq. & C. A XXII. 11. 0. 7. n. 7. Caball. de Eviçt. §. 3. n. 79. limitat P. de Ravenna ex Alex. Imola & alius. singul. 191. si emptor non tam se fundet in sententia Eviçtionis, ubi ipsi Exceptio obstabit, quam in dominio alterius qui evicit. arg. l. 71. §. 1. de Leg. 1. sive quando venditor non poterat impedire eviçtionem, propter optimum jus evincentis. Costa de retract. 9. 2. n. 21. & 22. vel ut explicat Mangil. q. 4. n. 53. q. 5. n. 59. 70. 91. q. 144. n. 17. quando tempore litis motæ apparet injustitia Venditoris, & Emptor omnem possibilem defensionem adhibuit, ut eviçtionem evitaret, etiam absque denunciatione adversus venditorem ad eviçtionem præstandam agere potest. arg. l. 29. ff. Mandati. ratio 1. quia factum hoc non profuisset. 2. quia cessat ratio legis, quæ præsumit propter intermissã denunciationem rem fuisse eviçtam. add. Covar. d. c. 17. §. 6. In certiorato 1. profligit ignorantiam. Roger. de protest. t. 2. §. circa. Gail. 2. O. 48. per tot. 2. inducit scientiam, nam paria sunt certum esse vel certiorari. Hinc incipit vacillare atque dubitare. l. 10. C. de Acquir. poss. Constituitur in mora l. 24. quando dies leg. l. 32. de usur. Goth. ad l. 122. §. 3. de V. O. in dolo. l. 3. §. 6. de lib. hom. exb. & mala fide l. 20. §. 11. l. 25. §. 5. & 7. de Hered. pet. ubi Wesen. n. 12. l. 7. §. 2. de Trib. act. l. 50. de R. l. ubi Bronchorst. Unde talis non potest præscribere. l. 2. C. de ann. exc. l. 7. C. de præscr. 30. ann. l. 10. C. de Acquir. poss. l. 33. §. 4. de usucap. Wesen.

Wesenb. de usucap. n. 11. Ampliss. Dn D. Bicc. in Aureis. sect. 3. §. 45. Pinell. ad auth. tricennium. C. de bon. qua lib n. 14. & seqq. Mangil. q. 136. n. 27. In specie de nomine cesso, v. l. 4. Cod. qua res pign. & l. 3. C. de Novat. Schrad. de feud. p. 10. s. 18. n. 26. Bachov. de Act. 4. 3. Costa. de F. sc. & ign. insp. 70. n. 4. & de retract. c. 9. c. 2. n. 7. Vmm. d. ult. §. 2. n. 22.

8. Affinia sunt ea, quæ adhærent denunciacioni ac ejus species constitui possunt, sed à simplici denunciacione differunt imprimis à certioratione ut præter Citationem, admonitio extrajudicialis. de qua eleganter Obrecht, tr. de lib. form. c. 16. n. 12, reus antequam conveniatur in judicio extrajudicialiter solet admone- ri. l. 3. pr. ff. de usur. quod æquius & humanius fit, & usu observa- tur licet non sit necessarium. Unde clausula apponi solita: Acto- rem hactenus amice reum sæpius de solutione vel de restitutio- ne compellasse, ac præter spem nihil obtinuisse, add. Vmm. de pro- cess. 16. n. 56. dicebatur olim denunciatio. Bachov. de Act. 4. 1. a. (2.) Interpellatio. de qua Gothof. ad l. 32. princ. de usur. (3.) Protestatio, quæ non multum distat à notificatione, & fit cum reservatione Jurium. Tiraq. d. §. 36. gl. 10. n. 4. & 5. add. disp. de Protestat. Præside D. D. Rebhan. (4) liquidatio, ubi quæ generaliter sunt petita, vel in consequentiam in executione specificantur & certificantur. l. 9. C. de bon. auth. jud. poss. Vmm. d. disp. ult. 2. n. 12. Demum Intimatio sive Insinuatio. de qua Gail. 1. O. 56. n. 5. A. Barb. IX. 79. exempla no- tat Peck. ad c. 31. de R. l. in 6. n. 5. quod donatio ultra 500. aureos ju- dice præsentate facta, non censeatur insinuata, non petito prius decreto confirmatorio.

9. Contraria sunt Dolus, Mendacium, occultatio & fraus. ut si quid simulatur vel dissimulatur ad decipiendum alte- rum. l. 1. §. 1. l. 9. ff. de dol. mal. Dn. D. Rebhan. ch. 2. cl. 3. pag. 558. Si quis æquivocatione, generalitate, indefinita aut alternativa lo- cutione, aut alio modo fallaciam in oratione committat. l. 39. de pact. l. 7. pr. & §. 4. de Inj. l. 16. de dolo. l. 5. pr. & §. 1. quod vi aut clam. Mar- cus Mantua. de sing. 273. & 531. sic qui falsum protulit, aut verum sup- pressit. l. 2. C. si contra jus. l. 44 §. si quis. ff. de Furt. & qui circumveniendi alterius vel fraudandi causa rem celat. l. 39. de A. E. V. l. 48. §. 1. de furt. an juramentum excludat certiorationem? v. Gail. 2. O. 27. n. 22. Co- var. d. c. 17. n. 5. Mangil. q. 4. & apud eun. Rebuff. quem sequitur. Et quia incidit in quæstionem an operetur renunciacionem, ego ex al-

B legatis



legatis Dd aliquot distinctiones afferam. 1. Juramentum vel est simplex, de ipso contractu, ut si in genere juravit contractum e. g. venditionis, servare, ubi quia juramentum tantum sortitur naturam contractus primordiale, ad denunciationem extendi nequit. *Covarruv. d. num. 5. Mangil. num. 32. & 36.* vel qualificatum, ut si juravit suscipere defensionem, quamprimum fuerit mota lis, ubi disting. an sciat litem motam fuisse emptori, hic urgetur vinculo juramenti suscipere defensionem, *ita affirmantes sentire tradit Covarr. dict. l. & tenebitur hocce omittens de Evictione, non vero pœna contractus, nec incurrit perjurium quia certioratus non est, quæ sententia est Rebuffi ad Constu. reg. rit. de dilat. artic. 5. gloss. un. num. 36. & æqua, quia perjurium excludit, ideoque praxi recepta: si nesciat, quia videtur subintellexisse si sciverit, saltem extrajudicialiter erit admonendus. Mangil. n. 33. denique 3. si quis sciverit rem esse alienam, quam vendidit, ubi plane etiam ad pœnam contractus tenebitur. Idem pene statuendum, si pacto fuerit remissa denunciandi necessitas. l. 63. princ. de Evict. ubi gl. Mangil. q. 5. n. 27. nempe quoad pœnam duplæ ignorantem non teneri. n. 42.*

*Explicatio  
c. 31. de reg.  
jur. in 6.*

10. Denique Eum qui certus est, certiorari ulterius non oportet. Certus est, qui scit, non ignorat. l. plurimum. ff. de l. & F. igno. sic in l. 1. de A. E. V. dicitur. Qui scit, non videtur celatus, neque certiorari debuit qui non ignoravit. Scire autem est rem per causas cognoscere. *Bub. verb. Scient. add. Cost. inspect. 80. & passim.* interdum verò latius sumitur, ut in l. 7. §. 2. de pecul. sed certum esse, respicit veram & certam scientiam, & animum agentis declarat. l. 76. de R. I. fac. §. 27. l. de Legat. de hoc prædicatur, quod non sit certiorandus. ratio, quia esset frustraneum, jam enim scit, quare si rebus suis prospicere negligat, sibi imputet, l. 16. C. de Episc. aud. & si decipiatur, à se deceptus videtur l. 1. §. ult. Quod fals. tut. l. 26. ff. de R. V. l. 45. ff. de her. pet. Sic Cic. 3. offic. dicit, qui tenet, quo jure esset id quod emerat, non est deceptus. *add. Grot. de l. B. & P. l. 2. cap. 9. nu. 12.* Amplia hanc regulam, si quis certus esse potest, ut si fuerit, præsens & res exposita oculis. l. 4. §. 1. de contr. empt. aut debet. l. 48. princ. ff. de fidejussor. P. Peck. & Canis add. c. 31. Costa. insp. 70. & 63. limita 1. quando lex autem statutum requirit, ut alicui denunciatur, tunc quia denunciatio &

est de substantia vel forma autem solennitate, ea omissa actus erit nullus. *Barb. Vl. 20. axio. 9.* quod Bertach. *verb. denunc.* dicit fieri ex necessitate ut in testamentariis testibus, qui certiores-  
 tur (*in R l. de anno 1512. rubr. von Testamenten. vertitur ankünden*) & venditori ab Emptore etiam scienti denuncianda est litis quæ-  
 stio & quidem solenniter cum ipsius libelli & citationis testimo-  
 nio, ut ipse venditor ex publica fide instruatur ad ejus defensio-  
 nem. *Covarr. var. resol. l. 3. t. 2. cap. 17. n. 3. Gu. Pap. singul. 592. num. 2. exempla adducit. l. 3. Cod. de Novat. juncta clement. causam. de elect.*  
 (2.) quando incitetur, ut aliquid faciat, vel prohibeatur, ne fa-  
 ciat. ubi admonitio vel interdictio etiam scienti fit. e. g. *in Nov. 117. cap. ult. Rittersh. 12. Nov. 5. nu. 8.* (3.) quando aliquis sub pœ-  
 na est obligatus, ad incurrendam pœnam notitia non sufficit, sed  
 necessario intimatio est facienda, semper enim videtur se quis a-  
 strinxisse, dummodo sciverit. *Mangil. q. 4. n. 6. & 10.* (4.) quando  
 certior factus jure aliquo privetur & commodum denunciantis  
 intercedat. e. g. in renunciatione jurium, quæ ad ignorata non ex-  
 tenditur. *l. 10. de inoff. test. l. 23 de A. Her. Dd. apud. Franc. Nigr. contr. for. 128. n. 21. & c.* (5.) ubi ex pacto quis tenetur. ut *in l. 8. ff. de add. in diem. ubi etiam terna requiritur si pactum sit in contrarium. vid. l. 4. de pignor. act. Picell. p. 2. n. 5 ad l. 2. C. de bon. matt. Wesenb. π. ff. de distract. pignor. n. 4.* (6.) ut quis contumax existat; ubi requiri-  
 tur terna citatio vel una peremptoria intra legitimum interval-  
 lum. *l. 68. seqq. de iudic. Peck. ad h. reg. num. 7. ubi notat sublimitatio- nes. similiter in vasallo. 2. F. 22. Schrad. de feud. 9. 7. 53. 7.* si quis in genere habuit scientiam, vel scientia sit remota, & minus plena quam debuisset habere in specie. *præter allegat. à Barb. ad h. reg. v. Pacif. insp. 4. c. 3. n. 33.* ultimo non sufficit denunciatio, ubi a lege aliquis actus positivus ultra scientiam requiritur. *The- saur. loc. commun. III. ax. 15.*

PRÆ-

122



# PRAECELLENTI DN. CANDIDATO.



Te leves animæ, gens terrea, fabula cœli;  
Et terite illecebris delitiisque dies;  
Ite per errores, vanisque incumbite rebus,  
Quas vulgus nulla prosperitate colit.

Dissimili studio cœlestia corda feruntur,  
Quæ vigor Ingenii nobilioris agit:  
Hæc juvat æternas mentem exercere per artes,  
Et capere ingenio præmia digna suo.  
Cernite FROELICHIUM testem, cui Jure-perito  
Supremum Themidos culmen adire datur.  
Is nunc, quod fausto quondam molimine cœpit,  
Perfectum certo fine coronat opus.

*Amicitia E. scr.*

Joh. Jacobus Reußner,  
Hanoicus.



*Handwritten note on the right edge of the page.*



ULB Halle

3

003 882 810



(f)


sb

KD17









DISPUTATIO INAUGURALIS  
*De*  
CERTIORATIONE.

219  
1655 A.

Quam  
DIVINA FAVENTE GRATIA

*Jussu vi*

*ex*  
DECRETO NOBILISSIMÆ AC  
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURI-  
dicæ in celeberrima Argentinensi  
Universitate

*Pro summis in utroq; Jure Doctoratus  
privilegiis & honoribus obtinendis  
Publico ac solenni examini exponit*

GABRIEL FRÖLICH, Lan-  
daviensis.

*Ad diem 19. Aprilis, horis locoq; solitis.*



ARGENTORATI  
Typis JOSIÆ STÆDELII, ACADE-  
MIÆ TYPOGRAPHI.  
M DC LV.